

MATER AN NOVERCA?

Utrum Studium Bononiense, *Alma mater studiorum* nuncupatum, anti-quissima Universitas in Europa (vel etiam in orbe toto terrarum) constituta sit necne, parvi vero momenti nobis videtur.

Alia aliterque disputandum: Universitati Bononiensi iure *alma mater* nomen dandum sitne, an non. Alma est enim mater benigna, quae humanitatis cibo alumnos alit et alendo ad artes liberales colendas cogit. At Bononiensis Universitatis alumni et humanitatis et cibariorum pabulo carent. Iuvenes qui Bononiam omni ex paeninsula peregreque accurrrunt, quasi barbari hospitium difficultime reperiunt, maxima vero impensa. Necnon auditoriis, ad studendum locis, mensis, laboratoriis carent.

Quibus igitur alumnis Bononiensis Universitas nec mater nec benigna, noverca vero malevola recte habenda.

Doctissimi atque illustrissimi viri, qui Albertum Fabium Roversum Monachum Rectorem Magnificum nostrae Universitatis nuper nominastis, atque magistri gratissimi qui hospites venistis, hoc ergo disputatione:

utrum Bononiensis Universitas alma mater Studiorum an malevola noverca nuncupanda sit.

cip v. S. Carlo 42

Imperium Populare
Universitarium agmen
Bononiae, a.d. XV Kal. Iul.
Anno MCMLXXXVIII

